



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitvlvm Vltimvm. Religiosi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

### 350 Decret. Greg. Lib. III. Tit. XXIX. Capit. I.

pro anima sua non potest, sine patris assensu, præterquam si castrense, aut quasi castrense peculum habet. Neque enim videbatur conveniens, ut juri ac potestate patriæ à SS. Canonibus præjudicium aliquod afferatur (vide, quæ dixi lib. 3. tra. 5. c. 3. n. 2.) & quod patria potestas non ita se extendat ad jura spiritualia, qualis est electio sepulturæ, prout habetur in Capitulo ult. de judicijs in 6. & jam dictum est.

### CAPITULUM VLTIMVM. Religiosi.

#### PARAPHRASIS.

Cum Religiosi velle, & nolle non habeant, sepulturam sibi eligere non possunt, sed in monasterijs suis tepeliri debent, nisi adeò remoti sint, ut eò commodè non possint portari, tunc jus sepulturae eligere ipsis competit.

#### SUMMARIUM.

Religiosus absque Prælati consensu sepulturam sibi eligere non potest.

z. Nisi distantia, & incommoditas requiratur.

Notandum primum. Tameri uxori que mariti consensu sepulturam sibi eligere possit, non tamen Religiosus absque Prælati consensu. Rationem discriminet Gl. bīc. quia Religiosus simpliciter, & omnimodè subditus est Prælati, ab eoq[ue] dependens in omnibus, saltem externali actionibus, & dispositionibus; at vero non est absolute, & omnimodè subditus marito, ab eoq[ue] dependens, sed tandem, genitus Lex matrimonialis ipsam cummato copulat, eidēmque subiicit: iugementante ea Legi disponere potest unitate tratu suo. Vide, quæ dixi lib. 4. n. 4. 7. assert. 2. &c. 6.

Notandum secundum. Ratione distitia, & incommoditatis quadam pertinet, quæ altoquin non permittentia.

Ita Gl. bīc. V. commode, & summis

c. 3. supra. hoc lib.

& tit.

\*

## TITULUS XXIX. DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS

**I**us sepeliendi communis jure ad parochias pertinet, et à occasione, cum post ultimas voluntates de sepulturis, & jure sepeliendi dictum fuerit, idèo generatim de parochijs, earumque iuribus subiungitur

### CAPITULUM I. Si Episcopus.

#### PARAPHRASIS.

Episcopus cum magna Diœcesanorum parte incidit in harenin Donati, & idcirco alius sufficiens: postea Episcopus ille ad Ca-

tholicam redit unitatem. Hoc in duo Episcopi isti parochias, in quibus ad aliquo tempore Catholici, & Donati fuerunt, dividebant ita, ut alia alium, & alia ad alterum loca pertinenter, & ille Episcopus partitionem hoc faciat, qui est antiquior, alter vero egat. Quod si tantum unus locus, per parochia sit, pertineat ad illum, in quem plebs consentierit. Quod si in consentiant, & Catholici antiqui fuerint Episcopum, & qui recens fuerint converti, luum; voluntas plurius preferatur voluntati pauciorum: si partes aequales sint, attendatur, uter diuina